



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum homo habeat electionem suorum actuum, aut ex necessitate eligat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

scilicet q̄ naturā necessitatis habeat. Tamē quod est possibile ex seipso, sit necessarium p̄ aliud, licet non naturaliter: sicut accidit in oībus violētis, que dicuntur necessaria per aliud, vt dicitur in 5. Metaphy.

Lib. 5. cō. 6.  
rom 3.

AD XI. dicendum, q̄ posse non mori gratia: erat: sed non gratiē gratum facientis secundum quosdā. vnde homo in statu illo mereri nō poterat. Secū dū alios aut hoc donū immortalitatis ex gratia gratū faciēte p̄cedebat, & hō in statu illo mereri poterat.

D. 74.

AD XII. dicendum, q̄ inæqualitas elementorum conseruatur in misto per virtutem formæ, quandiu a causa sua conseruatur.

AD XIII. dicēdū, q̄ materia est in potētia ad aliā formā: sed tñ ab exteriori agente non pōt reduci in actum, nisi illud agēs sit fortius, q̄ formæ vigor quā hēt ex influentia suæ causæ. huius autē formæ q̄ est aīa humana, cā est solus Deus, cuius virtus excedit in infinitum oēm virtutē alterius agētis: & iō quandiu voluit conseruare hōiem agēre poterat corrumpi: sicut etiam manifeste videmus, q̄ per virtutem corporis cōlestis formæ materiale conseruantur in esse, contra actionem corrumpentis.

AD XIII. dicēdū, q̄ de rōne potētia est q̄ reducatur in actum ab agente: sed actus vnus in potētia existens, impedit reductionē potētia in alium actū. vnde nisi agēs fuerit fortius, q̄ virtus formæ q̄ est in materia, siue quā hēt ex ipsā, siue quam hēt ex cōseruāte, non reducetur in actum per agēs extērius. Non enim paruisignis corrumpere potest magnam aquam. vnde. . . est mirum, si per influxum diuinum, anima humana potens erat in statu innocentia ad resistendum omni contrario agenti.

AD XV. dicendum, quod proprius motus rerum qui ad earum perfectionem pertinent, Deus sua gubernatione non impedit: sed motus rerum qui ad earum defectum pertinent, aliquando a Deo tolluntur ex abundantia bonitatis ipsius.

AD XVI. dicēdū, q̄ ipsa forma est effectus agentis. vnde idē est quod agēs facit effectiue, & quod forma facit formaliter: sicut pictor dīr colorare parietē, & ēr color. Per hunc ergo modū solus Deus effectiue immortalitē hōis causat: sed anima causat hoc formaliter per donum sibi diuinitus influxum, siue in statu innocentia, siue in statu gloria.

AD XVII. dicendum, q̄ ratio illa procedit de hoc, quod est simpliciter contra naturam: hoc enim nullo modo est in omnibus, vel in pluribus: sed mors quodammodo est secū dū naturam, & quodammodo contra naturam, vt dictum est.

In corp. art.  
Ad argumēta in cōtra-  
rium.

Ad ea vero q̄ in contrarium obijciuntur, de facili patet solutio p̄ premissa. Nam illa beatitudo æterna ad quam homo ordinatur, est supra naturā. vñ. non oportet, q̄ immortalitas homini cōueniat per naturā: & similiter etiā corpus est proportionatū aīa humana, licet sit corruptibile, vt expositum est.

In corp. art.

QVAESTIO VI. ET VNICA.

De electione humana, seu libero arbitrio,  
Et habet vnicum articulum.

Utrum homo habeat liberam electionem actuum,  
aut ex necessitate eligat.

QVAESTIO est de electione humana. & vnum queritur hic, vtrum homo habeat liberā electionem suorum actuum, aut ex necessitate

eligat. & videtur quod non libere: sed ex necessitate eligat. Dicitur enim Hier. 10. Non est hōis via que nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos: sed iud, respectu cuius homo habet libertatem, eius est quali in ipsius dominio constitutum. ergo videtur q̄ homo suarum viarum, & suorum actuum liberam electionem non habeat. Sed dicendum, q̄ hoc refertur ad executionē electionum, quæ in mundo non sunt in hominis potestate.

¶ 2 Sed contra est, q̄ Apost. dicit ad Rom. 9. Nō volentis. s. velle, neq; currentis. s. currere, sed misericordis Dei: sed sicut currere pertinet ad exteriorē executionem actuum, ita velle ad interiorē electionem. ergo ēr interiores electiones non sunt in hōis potestate: sed sunt homini ex Deo. Sed dicendum q̄ homo ad eligendum mouetur quodammodo in instinctu, scilicet ab ipso Deo, & immobiliter: tamen hoc repugnat libertati.

¶ 3 Sed contra est, q̄ cum omne aīal mouetur, s. b. s. sum per appetitum, alia tñ aīalia ab hōie nō habent liberam electionem: quia eorum appetitus mouetur a Deo, exteriori mouente mouetur. s. ex virtute corporis cōlestis, vel ex actione alicuius alterius corporis. Si ergo voluntas hominis immobiliter mouetur a Deo, sequitur quod homo non habet liberam electionem suorum actuum.

¶ 4 Prat. Violētū est, cuius principium est eam conferente vim passio. Si ergo voluntaria electio principium sit ab extra. s. Deus, vñ q̄ voluntas p̄ lenitiam, & ex necessitate moueatur. Non ergo habet liberam electionem suorum actuum.

¶ 5 Prat. Impossibile est voluntatē hōis dissentire a voluntate Dei: quia sicut Aug. dicit in Enchir. homo facit quod vult Deus, aut Deus de eo suam voluntatem implet. sed voluntas Dei est immutabilis. ergo & voluntas hominis. Omnes ergo hōis electiones ex immobili electione procedunt.

¶ 6 Prat. Nullius potētia actus pōt ēr nisi in mobili obiectū, sicut visus actio nō pōt ēr nisi circa mobile: sed obiectū voluntatis est bonum. ergo voluntas nō pōt velle nisi bonū. Ex necessitate ergo voluntas nō hēt liberā electionem boni, vel malī.

¶ 7 Prat. Est potētia ad quā cōparatur suū actum, vt mouens ad mobile, est potētia passiuū suū operari est pati: sicut sensibile mouet tenentem. Vnde sensus est potētia passiuā, & sentire est quod dā pati: sed obiectum voluntatis cōparatur ad iuntatem, vt mouēs ad mobile. Dicit n. Philo. Anima, & r. Meta. q̄ appetibile est mouens motum: appetitus autē est mouens motum. ergo voluntas est potētia passiuā, & velle est pati: sed potētia passiuā ex necessitate mouetur a suo obiecto si sit sufficiens. ergo vñ q̄ voluntas de necessitate mouetur ab appetibili. Non ergo est liberum voluntati velle, vel non velle. Sed dicēdū q̄ voluntas non necessitate respectu finis vltimi, quia omnia in mundo ex necessitate vult esse beatus: non autem respectu eorum quæ sunt ad finem.

¶ 8 Sed cōtra, sicut finis est obiectū voluntatis, quod est ad finē: quia vtrūq; hēt rōnem boni. & voluntas ex necessitate mouetur in finē, vt est potētia necessitate moueatur in id, quod est ad finem.

¶ 9 Prat. Vbi est idē motum & idem mobile, & idem modus mouēdi: sed cum aliquis vult ad finem, & ea quæ sunt ad finem, idē est quod mouetur ad finem, & idē est mouens: quia ea quæ sunt ad finem non vult aliquis, nisi in quātum vult finem.

idem modus mouendi, vt scilicet sicut aliquis ex necessitate vult finem vltimum, ita ex necessitate vult ea, quae sunt ad finem.

¶ 10 Præ. Sicut intellectus est potētia separata a materia, ita & volūtas: sed intellectus ex necessitate mouetur a suo obiecto. cogit. n. homo ex necessitate asserere alicui veritati p̄ violētā rōnis. ergo eadē rōne, & volūtas necessario mouetur a suo obiecto.

¶ 11 Præ. Dispositio primi mouētis relinquatur in oibus sequentibus, quia oīa secunda mouentia mouentur in quātum sunt mota a primo mouente: sed in ordine motuum voluntariorum, primum mouens est appetibile apprehensum. Cum ergo apprehensio appetibilis necessitatē patiatur, si p̄ demōstrationē probetur aliquid esse bonum, v̄ q̄ necessitas deriuetur ad oēs motus sequentes. & ita volūtas non libere: sed ex necessitate mouetur ad volendum.

¶ 12 Præ. Res magis est motiua, q̄ intentio: sed secundum Philosoph. in 6. Meta. bonum est res, verum autē intentio. ergo magis habet rōnem motiui bonum q̄ verum: sed verum ex necessitate mouet intellectū, vt dictū est. ergo bonum ex necessitate mouet volūtatē.

¶ 13 Præ. Dilectio q̄ prinet ad voluntatē est vehementior motus, q̄ cognitio q̄ prinet ad intellectū: quia cognitio assimilatur, sed dilectio transformatur, vt h̄ p̄ Dionys. 4. c. de diu. nom. ergo volūtas est magis mobilis, q̄ intellectus. Si ergo intellectus ex necessitate mouetur, v̄ q̄ multo magis volūtas. Sed dicitur q̄ actio intellectus est p̄ motum ad aīam: actus autem voluntatis est secundum motum ab anima, & sic intellectus habet magis rationem passiui, volūtas autem magis rationem actiui. unde nō necessitate patitur a suo obiecto.

¶ 14 Sed contra, assentire pertinet ad intellectum, sicut consentire ad voluntatē: sed assentire significat motum in rem cui assentitur, sicut & consentire in rem cui consentitur. ergo non magis est motus voluntatis ab anima, quam motus intellectus.

¶ 15 Præ. Si volūtas respectu ad aliqua uolūta nō ex necessitate mouetur, necesse est dicere q̄ se habeat ad opposita, quia quod nō necesse est esse, possibile est nō esse: sed oē quod est in potētia ad opposita, nō reducitur in actum alicuius eorum, nisi per aliquod ens actum, quod facit illud quod erat in potētia esse in actu. Quod autē facit aliqd esse actu, dicimus esse cām eius. Oportebit ergo si volūtas aliquid determinare uult, q̄ sit aliqua cā, quae faciat ipsam hoc uelle. Causa autem posita necesse est effectum poni, ut Auenenna probat: quia si causa posita adhuc est possibile effectum non esse, indigebit adhuc alio reducēte de potētia in actum. & sic primum non erat sufficiens causa. ergo volūtas ex necessitate mouetur ad aliquid uolendum.

¶ 16 Præ. Nulla uirtus se habēs ad cōtraria est actiua, quia oīs uirtus actiua pōt agere id cuius est actiua: possibili autē posito nō sequitur impossibile. Sequeretur autē duo opposita eē simul, quod est impossibile: sed volūtas est potētia actiua. ergo non se hēt ad opposita: sed de necessitate terminatur ad unū.

¶ 17 Præ. Volūtas aliq̄ incipit eligere, cum prius nō eligeret. aut ergo quā mutatur a dīspōne, in qua prius erat, aut non: si non, sequitur q̄ sicut prius non eligebar, ita nec modo, & sic non eligens eligeret, quod est impossibile. Si autē mutatur eius dīspōne, necesse est q̄ ab aliquo sit mutata, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur: mouens autem impo-

nit necessitatē mobili, alias nō sufficienter moueret ipsum. ergo volūtas ex necessitate mouetur. Sed dicendum q̄ rationes istae concludunt de potētia materiali, quae est in materia, non autem de potētia immateriali, quae est volūtas.

¶ 18 Sed cōtra principiū totius humanae cognitionis est sensus. Nihil ergo pōt cognosci ab hoīe, nisi s̄m q̄ cadit sub sensum, uel ipsum, uel effectus eius: sed ipsa uirtus se hās ad opposita, non cadit sub sensum. In effectibus. n. eius q̄ sub sēsū cadit nō inueniuntur duo actus contrarii simul existere: sed semp̄ uidemus q̄ determinate unum procedit in actū. ergo non possumus iudicare esse in hoīe aliquā actiua potētia, ad opposita se habentem.

¶ 19 Præ. Cū potētia dicatur ad actum, sicut se habet actus ad actū, ita se habet potētia ad potētia: sed duo actus oppositi nō possunt esse simul. ergo nec potest esse una potētia ad duo opposita.

¶ 20 Præ. Secundum August. in 1. de Trini. nihil est sibi ipsi causa ut sit. ergo pari rōne nihil est sibi ipsi causa, ut moueat. uolūtas ergo nō mouet se ipsam: sed necesse est q̄ ab aliquo moueatur, quia incipit agere post, cum prius nouerit, & oē tale aliquo modo mouetur. Vnde & de Deo dicimus, q̄ non incipit uelle, postquam noluerat p̄ eius immobilitatē. ergo necesse est, q̄ uolūtas ab alio moueatur: sed qd̄ ab alio mouetur, necessitatē ab alio patit. ergo uolūtas necessario uult, & non libere.

¶ 21 Præ. Omne multiforme reducitur ad aliquid uniforme: sed motus humani sunt uarij, & multiformes. ergo reducuntur in motum cœli qui uniformis est, sicut in causam: sed quod causatur ex metu cœli, ex necessitate prouenit, quia causa naturalis ex necessitate prouoducit effectum suum, nisi sit aliquid impediens. Motum autē cœlestis corporis non pōt aliquid impedire, quin cōsequatur suū effectum, quia oporteret q̄ & actus illius impediētis reduceretur in aliquod principium cœlestis, sicut in causam. ergo uidetur q̄ motus humani ex necessitate proueniant, & non ex libera electione.

¶ 22 Præ. Qui facit quod non uult, non habet liberā electionem: sed homo facit quod non uult. ad Rom. 7. Quod odi malum illud facio. ergo homo non habet liberam electionem suorum actuum.

¶ 23 Præ. Aug. dicit in Enchi. q̄ homo male utens libero arbitrio se perdit & ipsum, sed libere eligere non est nisi habentis liberum arbitrium. ergo homo non habet liberam electionem.

¶ 24 Præ. Au. dicit i 8. Cōfess. q̄ dū cōsuetudini nō resistit sit necessitas, ergo ū q̄ saltē in his, q̄ sunt affecti aliqd̄ facere, uolūtas ex necessitate moueatur.

SED CONTRA est, qd̄ dicit Eccl. 15. Deus ab initio cōstituit hoīem, & reliquit eū in manu consilij sui: hoc autē nō esset nisi haberet liberam electionē, quae est appetitus praeconsilij, ut dī in 3. Ethic. ergo homo habet liberā electionem suorum actuum.

¶ 2 Præ. Potētia rōnales sunt ad opposita s̄m Philosoph. sed uolūtas est potētia rōnalis, est enim in rōne ut dī in 3. de Anima. ergo uolūtas se habet ad opposita, & non ex necessitate mouetur ad unum.

¶ 3 Præ. Secundum Philosoph. in 3. & 6. Ethic. homo est dominus sui actus, & in ipso est agere, & non agere: sed hoc non esset, si non haberet liberā electionem suorum actuum.

RESPON. Dicendum, q̄ quidā posuerunt, q̄ uolūtas hominis ex necessitate mouetur ad aliquid eligendum: nec tamen ponebant q̄ uolūtas cō-

Quæst. dis. S. Tho. S 3 gereur

Lib. 1. cap. 1. ante medi tom. 1.

Ca. 10. circa principium tom. 3.

Lib. 8. cap. 5. paulo a principio tom. 7.

Lib. 3. cap. 3. & 2. tom. 5.

9. metaph. cō. 3. tom. 3. Lib. 3. cō. 42. tom. 8.

1. 2. cap. 5. tom. 5.

1. par. q. 83. arti. 1.

geretur. Non enim oē necessarium est uiolentum: sed solū id cuius principium est extra. unde & motus naturales inueniuntur aliqui necessarii; non tñ uiolenti. uiolentum. n. repugnat naturali, sicut & uoluntario: quia utriusque principii est intra, uiolenti autē principium est extra. Hęc autē opinio ē hęc retica: tollit enim rōnem meriti & demeriti in humanis actibus. Non enim vñ esse meritorium, uel demeritorium qđ aliquis sic ex necessitate agit, qđ uirare nō possit. Est etiā annumerāda iter extraneas Philosophiæ opiniones, qđ nō solū cōtrariatur fidei: sed subuertit oīa principia Philosophiæ moralis. Si enim nō sit liberū aliquid in nobis, sed ex necessitate mouemur ad uolēdū, tollitur deliberatio exhortatio, præceptū, & punitio, & laus, & uituperiū, circa quæ moralis Philosophia consistit. h. m. oī autē opiniones, qđ destruit principia alicuius partis Philosophiæ dicitur positiones extraneas: sicut nihil moueri, qđ destruit principia sciētiæ naturalis. Ad h. m. oī autē positiones ponendas inducti sūt aliqui hoīes, partim quidem pp proteritiā, partim pp aliquas rōnes sophisticas, quas soluere non potuerunt, ut dī in 4. Metaphysic. Ad euidētiā ergo ueritatis circa hanc quæstionem primo considerandum est, qđ sicut in alijs rebus est aliqd principium propriorum actuum: ita etiam in hoībus. hoc autē actuum siue morium principium in hoībus proprie est intellectus, & uoluntas, ut dī in 3. de Anima. Quod quidem principium partim cōuenit cum principio actiuo in rebus naturalibus, partim ab eo differt. cōuenit quidē, quia sicut in rebus naturalibus inuenitur forma, quæ est principii actionis, & inclinatio consequens formā, quæ dī appetitus naturalis, ex quibus sequitur actio: ita in hoīe inuenitur forma intellectuā, & inclinatio uoluntatis consequens formam apprehēsam, ex quibus sequitur exterior actio: sed in hoc est differentia, quia forma rei naturalis est forma indiuiduata p materiā, vñ & inclinatio ipsam cōsequens est determinata ad unum: sed forma intellectuā est uniuersalis, sub qua multa possunt comprehendi. vñ cum actus sint in singularibus, in quibus nullum est, qđ adæquet potentiam uniuersalis, remanet inclinatio uoluntatis indeterminate se habēs ad multa. Sicut si artifex concipiat formā domus in uniuersali, sub qua cōprehēduntur diuersæ figuræ domus, potest uolūtas eius inclinari ad hoc, qđ faciat domū quadratā, uel rotundā, uel alterius figuræ. Principium autē actiuū in brutis animalibus, medio modo se habet inter utrumque. Nā forma apprehēsa p sensum est indiuidualis, sicut & forma rei naturalis: & ideo ex ea sequit inclinatio ad unum actum, sicut in rebus naturalibus, sed tamen nō semp eadē forma recipitur in sensu, sicut est in rebus naturalibus. qđ ignis est semp calidus, sed nunc vna, nunc alia, puta, nunc forma delectabilis, nunc tristis. Vnde nūc fugit, nunc prosequitur, in quo conuenit cū principio actiuo humano. Secundo, considerandū est, qđ potētia aliqua dupliciter mouet, uno mō, ex parte subiecti, alio mō, ex parte obiecti. Ex parte subiecti quidē, sicut uisus p immutationē dispositionis organi mouetur ad clarius, uel minus clare uidendū, Ex parte uero obiecti, sicut uisus nunc uidet albū, nunc uidet nigrum, & prima quidē immutatio pertinet ad ipsum exercitium actus, ut, sagatur uel nō agatur, aut melius uel debilius agatur. secunda uero immutatio pertinet ad specificationem

F actus, nam actus specificatur p obiectum. Est autē considerandū, qđ in rebus naturalibus specificatio qđ actus est ex forma: ipsum autē exercitium est ab agente quod causat ipsam motionē. Mouēs autē agit p pōtētiam. Vnde relinquitur qđ primū principium motus quātum ad exercitium actus sit ex fine. Si autē cōsideremus obiecta uoluntatis & intellectus, inuenimus qđ obiectū intellectus est primū principium motionis gñe cāe formalis, est. n. eius obiectum ens ē & uolens, sed obiectum uoluntatis est primū principium motionis gñe cāe finalis. nā eius obiectum est bonū, sub quo comprehenduntur oēs fines: sicut sub uero cōprehenduntur oēs formæ apprehēse. Vnde & ipsum bonū in quātum est quēdā forma apprehēsiibilis, cōsideratur sub uero quali quoddam uerum: & ipsum uerum in quātum est finis intellectuālis operationis conuenitur sub bono, ut quoddā particulare bonum. Si ergo cōsideremus motum potētiarum aīæ, ex parte obiecti specificantur actum, primū principium motionis est ex intellectu. hoc. n. modo bonum intellectum mouet ēt ipsam uoluntatē. Si autē cōsideremus motus potētiarum aīæ, ex parte exercitii actus, sic principium motionis est ex uoluntate. si sem p potētia, ad quā pertinet finis principalis, mouet ad actum potētia ad quā pertinet id quod est ad finē: sicut militaris mouet francorum faciendū operandū & hoc modo uoluntas mouet seipsum & oēs alias potētias. Intellego enim, qđ uoluntas uolenter utor oībus potētij & habitibus, quia uoluntas & Cōmentator definit habitum in 3. de Anima qđ habitus est quo quis utitur cum uoluerit. Sic ergo ad ostendendum qđ uoluntas non ex necessitate mouetur, oportet considerare motum uoluntatis & quantum ad exercitium actus, & quantum ad terminationē actus, qui est ex obiecto. Quātum ergo ad exercitium actus, primo qđem manifestum est, qđ uolūtas mouetur a seipsa. Sicut. n. mouet aīa potētias, ita & seipsam mouet. Nec pp hoc legitur qđ uoluntas fm idem sit in potentia, & in actu. Sicut enim homo fm intellectum in uia inuentionis mouet seipsum ad sciētiā, in quantum ex uia motus actū uenit in aliqd ignotum, quod erat solum in potentia notum: ita p hoc qđ homo aliquid uult in actu mouet se ad uolendum aliquid aliud in actu: sicut hoc qđ uult sanitatē, mouet se ad uolendum suam potionem. Ex hoc. n. qđ uult sanitatē, incipit cōsiliari de his quæ cōferunt ad sanitatē: & tandem determinato cōsilio uult accipere potionē. Si ergo uolūtas accipiēdi potionē præcedit cōsiliū, quidē procedit ex uoluntate uolentis cōsiliari. Cum ergo uoluntas se cōsilio moueat, cōsiliū est inq̄sitio quædā non demonstratiua, sed ad explorandā uiam habēs, nō ex necessitate uolūtas seipsam mouet: sed cum uoluntas nō semp uoluerit cōsiliari, necesse est qđ ab aliquo moueatur ad hoc, qđ cōsiliari. & si qđ a seipsa, necesse est iterū qđ uolūtas uoluntatis pcedat cōsilio, & cōsiliū pcedat uoluntatis. & cū hoc in infinitū pcedere nō potest, necesse est ponere, qđ quātū ad primū motum uolūtas moueat uoluntas cuiuscunq; nō semp actus lētis ab aliquo exteriori, cuius instinctu uolūtas incipiat. posuerunt ergo qđā, qđ iste instinctus a corpore celesti. sed hoc eē nō pot. Cum. n. actus sit in rōne fm Philos. in 3. de Anima, ratio intellectus non sit uirtus corporea, impossibile est qđ uirtus corporis celestis moueat ipsam uolūtas directē: ponere autem, quod uoluntas hominis moueatur

Lib. 3. cō. 49. & sequent. tom 3.

mouetur ex impressione celestis corporis, sicut appetitus brutorum animalium mouetur, est enim opinionem potentium non differre intellectum a sensu. Ad hos enim refert Philoso. in lib. de Anima verbum quorundam dicentium, quod talis est voluntas in hominibus qualem inducit pater virorum Deorum, id est celum vel Sol. Relinquitur ergo sicut concludit Ari. in c. de Bona fortuna, quod id quod primo mouet voluntatem & intellectum, sit aliquid supra voluntatem & intellectum. I. Deus, qui cum omnia mouet secundum rationem mobilium, vt leuia sursum, & graua deorsum, etiam voluntatem mouet secundum eius conditionem, non autem ex necessitate, sed vt in determinate se habentem ad multa. Pater ergo quod si consideret motus voluntatis ex parte exercitii actus, non mouetur ex necessitate: si autem consideret motus voluntatis ex parte obiecti determinantis actum voluntatis ad hoc vel illud volendum, considerandum est quod obiectum mouens voluntatem est bonum conueniens apprehensum. vnde si aliquid bonum proponatur quod apprehendatur in ratione boni, non autem in ratione conuenientis, non mouebit voluntatem. Cum autem consilia & electiones sint circa particularia, quorum est actus, requiritur vt id quod apprehenditur vt bonum & conueniens, apprehendatur vt bonum & conueniens in particulari, & non vniuersali tantum. Si ergo apprehendatur aliquid vt bonum conueniens secundum omnia particularia, quae considerari possunt, ex necessitate mouebit voluntatem, & propter hoc homo ex necessitate appetit beatitudinem, quae secundum Boet. est status oium bonorum congregatione perfectus. Dico autem ex necessitate quantum ad determinationem actus, quia non potest velle oppositum, non autem quantum ad exercitium actus: quia potest aliquis non velle tunc cogitare de beatitudine, quia etiam ipsi actus intellectus & voluntatis particulares sunt. Si autem sit tale bonum, quod non inueniatur esse bonum secundum omnia particularia, quae considerari possunt, non ex necessitate mouebit, et quantum ad determinationem actus potest. n. aliquid velle eius oppositum, et de eo cogitans: quia forte est bonum vel conueniens secundum aliquod aliud particulare consideratum, sicut quod est bonum sanitati non est bonum delectationi, & sic de alijs. Et quod voluntas feratur in id, quod sibi offertur magis secundum hanc particularem conditionem, secundum aliam potest contingere tripliciter: uno quidem modo in quantum una preponderat, & tunc mouetur voluntas secundum rationem, puta, cum homo praeligit id quod est utile sanitati, eo quod est utile voluptati. Alio vero modo, in quantum cogitat de una particulari circumstantia, & non de alia, & hoc contingit plerumque: per aliquam occasionem exhibitam, uel ab interiori, uel ab exteriori, ut ei talis cogitatio occurrat. Tertio tertio modo, contingit ex dispositione hominis: quae secundum Philosophum, qualis uniusquisque est, talis finis videtur ei. Vnde aliter mouetur ad aliquid voluntas irati, & voluntas quieti: quia non idem est conueniens utrique, sicut etiam aliter acceptatur cibus a sano & agro. Si ergo dispositio, per quam alicui videtur aliquid bonum & conueniens, fuerit naturalis & non subiacens voluntati, ex necessitate naturali voluntas praeligit illud, sicut omnes homines naturaliter desiderant esse viuere, & intelligere. Si autem sit talis dispositio, quae non sit naturalis, sed subiacens voluntati, puta, cum aliquid disponitur per habitum uel passionem ad hoc, quod sibi videatur aliquid uel bonum uel malum in hoc particulari, non ex necessitate mouetur voluntas;

**A** quia poterit hanc dispositionem remouere, ut sibi non uideatur aliquid sic: ut scilicet aliquis quiescat in se iram, ut non iudicet de aliquo tamquam iratus, facilius tamen remouetur passio quam habitus. Sic ergo quantum ad aliqua voluntas ex necessitate mouetur ex parte obiecti, non autem quantum ad omnia: sed ex parte exercitii actus, non ex necessitate mouetur.

**A**d primum ergo dicendum, quod actualitas illa dupliciter potest intelligi. Vno modo, ut loquitur Propheta quantum ad executionem electionis: non enim est in potestate hominis ut expleat in effectu, quod mente deliberat. Alio modo, potest intelligi quantum ad hoc, quod etiam interior voluntas mouetur ab aliquo superiori principio, quod est Deus, & secundum hoc Apostolus dicit, quod non est uolentis, scilicet uelle, neque currētis currere, sicut primi principii, sed Dei miserētis. Vnde patet solutio ad secundum.

**A**d tertium dicendum, quod animalia bruta mouentur per instinctum superioris agentis ad aliquid determinatum secundum modum formae particularis, cuius conceptionem sequitur appetitus sensitius: sed Deus mouet quidem uoluntatem immutabiliter per efficaciam uirtutis mouentis, quae deficere non potest: sed per naturam uoluntatis motae, quae indifferenter se habet ad diuersa, non inducitur necessitas, sed manet liberata. Sicut etiam in omnibus prouidentia diuina infallibiliter operatur, & tamen causis contingētibz pueniunt effectus contingētes, in quantum Deus omnia mouet, per proportionabiliter unumquodque secundum suum modum.

**A**d quartum dicendum, quod uoluntas aliquid conferret cum a Deo mouetur ipsa, non est quae operatur, sed mota a Deo, & ideo motus eius quamuis sit ab extrinseco, sicut a primo principio, non tamen est uolentis.

**A**d quintum dicendum, quod uoluntas hominis quodammodo discordat a Dei uoluntate, in quantum scilicet uult aliquid quod Deus non uult eam uelle, ut cum uult peccare; licet tamen non uelit Deus uoluntatem hoc non uelle, quia si uellet hoc Deus, fieret: omnia enim quae cumque uoluit Dominus facit, & quauis hoc modo discordet uoluntas hominis a Dei uoluntate quantum ad motum uoluntatis nunquam tamen potest discordare quantum ad exitum uel euentum, quia semper uoluntas hominis hunc euentum sortitur, quod Deus de homine suam uoluntatem implet: sed quantum ad modum uolendi, non oportet quod uoluntas hominis Dei uoluntati conformetur, quia Deus aeternaliter & infinite uult unumquodque, non tamen homo, propter quod dicitur Ier. 18. 55. Sicut exaltantur caeli a terra, ita sunt exaltatae uiae mea a uis ueltris.

**A**d sextum dicendum, quod ex hoc quod bonum est obiectum uoluntatis, potest haberi quod uoluntas nihil uelit nisi sub ratione boni: sed quia sub ratione boni multa & diuersa continentur, non potest ex hoc haberi, quod ex necessitate uoluntas mouetur in hoc uel in illud.

**A**d uicidendum, quod actiui non ex necessitate mouentur: nisi quando superat uirtutem passiuam. Cum autem uoluntas se habeat in potentia respectu boni uniuersalis, nullum bonum superat uirtutem uoluntatis quasi ex necessitate ipsam mouens: nisi id quod est secundum omnem considerationem bonum, & hoc solum est bonum perfectum, quod est beatitudo, quae uoluntas non potest non uelle, ita scilicet quod uelit eius oppositum, potest tamen non uelle actum, quia potest auertere cogitationem beatitudinis in quantum mouet intellectum ad suum actum, & quantum ad hoc, nec ipsam beatitudinem ex necessitate uult. Sicut etiam aliquis non ex necessitate caleficeret, si posset calidum a se repellere cum uellet.

**A**d uicidendum, quod finis est non uolendi ea, quae sunt ad finem. Vnde non sibi se habet uoluntas ad utrumque.

Quaest. dis. Tho. S 4 Ad

AD NONVM dicendum, qd qñ ad finē non posset perueniri nisi una via, tunc eadem rō esset uolendi finem, & ea quæ sunt ad finē: sed ita non est in proposito. Nā multis uis ad beatitudinem perueniri potest, & ideo licet homo ex necessitate velit beatitudinem, nihil tamen eorum, quæ ad beatitudinē ducunt, ex necessitate uult.

AD X. dicendū, qd de intellectu, & uolūtate quodāmodo est simile, & quodāmodo dissimile. Dissimile quidē quantum ad exercitiū actus. nam intellectus mouetur a uolūtate ad agendū, uoluntas autē nō ab alia potētia, sed a seipsā, sed ex parte obiecti est utrobique similitudo. Sicut. n. uoluntas mouet ex necessitate ab obiecto, qd est omnifariā bonū, non autē ab obiecto quod potest accipi secundum aliquam rōnem, ut malum: ita etiam intellectus ex necessitate mouetur a uero necessario, quod non potest accipi ut falsum: non autem a uero contingenti, quod potest accipi ut falsum.

AD XI. dicendū, qd dispositio primi mouentis manet in his, quæ ab eo mouentur, in quantum mouentur ab ipso, sic enim eius similitudinem recipiunt: non tamen oportet quod totaliter eius similitudinem sequantur. Vnde primum principium mouens est immobile, non autem alia.

AD XII. dicendū, qd ex hoc ipso qd uerum est intentio quædam quasi in mente existens, habet qd sit magis formale quā bonum, & magis motiuū in ratione obiecti: sed bonum est magis motiuum secundum rationem finis, ut dictum est.

In corp. arti.

AD XIII. dicendū, qd amor dicitur transformare amantē in amatum, in quantum per amorē mouetur amans ad ipsam rem amatā. Cognitio uero assimilatur, in quantum similitudo cogniti fit in cognoscēte, quorū primum pertinet ad imitationē, quæ est ab agente quod querit finem: secundum uero pertinet ad imitationem in quæ est secundum formam.

AD XIV. dicendū, qd assentire non nominat motum intellectus ad rem: sed magis ad cōceptionem rei quæ habetur in mente, cui intellectus assentit dum iudicat eam esse ueram.

AD XV. dicendū, qd non omnis causa ex necessitate inducit effectum, etiam si sit causa sufficiens, eo qd causa potest impediri, ut quandoque effectū suum non consequatur, sicut causæ naturales, quæ non ex necessitate producant suos effectus: sed ut in pluribus, quia in paucioribus impediuntur. Sic ergo illa causa, quæ facit uoluntatem aliquid uelle non oportet quod ex necessitate hoc faciat, quia potest per ipsam uoluntatem impedimentum prestatari, uel remouendo talem considerationem, quæ inducit eum ad uolendum, uel considerando oppositum. s. quod hoc quod proponitur ut bonum, secundum aliquid non est bonum.

Lib. 9. com. 4. & 10. 10. 3.

AD XVI. dicendū, qd Philosophus in 6. Metaph. ostēdit qd illud medium, nō quod aliqua potentia non sit actiua ad cōtraria se hñs: sed quod potētia actiua ad cōtraria se habens nō ex necessitate producit suū effectū. hoc enim posito manifeste sequeret, qd cōtradictoria essent simul. Si autem detur, quod aliqua potētia actiua ad opposita se habeat, nō sequitur opposita esse simul; quia et si utrumque oppositorum ad quod potentia se habet sit possibile, unū tamen est impossibile alteri.

AD XVII. dicendū, qd uoluntas qñ de non incipit eligere, transformatur a sua priori dispositione quantum ad hoc, quod prius erat eligēs in potentia,

& postea fit eligens actū. & hæc quidem transformatio est ab aliquo mouēte, in quantum ipsa uoluntas mouet se ipsam ad agendum, & in quantum etiam mouetur ab aliquo exteriori agente, scilicet Deo: non tamen ex necessitate mouetur, ut dictum est.

AD XVI. I. dicendū, qd principium humane cognitionis est a sensu: nō tamen oportet qd quicquid a hoīe cognoscitur sit sensui subiectum, uel per eum actum sensibilem immediate cognoscatur. Nam ipse intellectus intelligit se ipsum per actum suum: nō est sensui subiectus. Similiter etiā & interiorum actum uoluntatis intelligit, in quantum per actum intellectus, quodāmodo mouetur uoluntas. & alio modo actus intellectus causatur a uolūtate, ut dictum est: sicut effectus cognoscitur per causā, & c. q. 8. actum. Dato tamē qd potētia uoluntatis ad opposita se habēs nō possit cognosci nisi p effectum sensibilem, adhuc ratio nō sequitur. Sicut enim uoluntas quod est ubique & semper, cognoscitur a nobis per singularia, quæ sunt hic & nunc, & materia prima est in potētia ad diuersas formas, cognoscitur a nobis per successione formarum, quæ tamen nō sunt simul in materia: ita & potētia uoluntatis ad opposita se habens cognoscitur a nobis, non quidem per hoc qd actus oppositi sint simul: sed quia successione sibi inuicem succedunt ab eodem principio.

AD XIX. dicendū, qd ista propositio, sicut se habet actus ad actum, ita se habet potentia ad potentiam quodāmodo est uera, & quodāmodo est falsa. Si enim accipiatur actus ex æquo correspondens potentie, ut uersale obiectum ipsius, ueritate habet propositio. Sic enim se habet auditus ad uisum, sicut sonus ad colorem. Si autem accipiatur id quod obiectum sub obiecto uersali, sicut particularis actus, sic propositio ueritatem nō habet. vna est enim potentia uisua, cum tamen album & nigrum non sint idem: licet ergo simul in hōīe potentia uoluntatis, ad opposita se habens: tamen opposita illa quæ se habet uoluntas, non sunt simul.

AD XX. dicendū, quod idem secundum se non mouet se ipsum: sed secundum aliud potest ipsum mouere. Sic enim intellectus in quantum intelligit actū principia, reducit se ipsum de potentia in actum quantum ad conclusiones, & uoluntas in quantum uult finem, reducit se in actum quantum ad ea, quæ sunt ad finem.

AD XXI. dicendū, qd motus uoluntatis cum sit multiformes reducuntur ad aliquod principium forme: quod tamē non est corpus celeste, sed Deo ut dictum est, si accipiatur principium quod dicitur uoluntatem mouere. Si autē loquamur de motu uoluntatis secundum qd mouetur ab exteriori sensu, per occasionem, sic motus uoluntatis reducitur ad corpus celeste: nec tñ ex necessitate uoluntas mouetur. Nō enim est necessarium qd præter rationem delectabilibus, uoluntas appetat ipsas. Nec tamen uoluntas est, qd ea quæ directe causantur a corpore celestibus, ex necessitate ab ipsis pueniāt, ut Philosophus dicit in 6. Metaphys. si omnis effectus ex aliqua causa procederet, & ois causa ex necessitate produceret suum effectū, sequeretur qd omnia essent necessaria: sed utrumque istorum est falsum, quia aliqua causæ etiam cum sint sufficientes, non ex necessitate producant suos effectus, quia possunt impediri: sicut patet in oibis causis naturalibus. Nec deum uerum est, qd omne quod fit, habeat causam materiam. Ea enim quæ sunt per accidens, non sunt alicui

aliqua causa actiua naturali, quia quod est per accidens, non est ens, & vnum. Sic ergo occurfus impediens cum sit per accidens, non reductur in corpus coeleste: sicut in causam. Agit enim corpus caeleste per modum agentis naturalis.

AD XXI. dicendum, qd ille qui facit quod non vult, non habet liberam actionem: sed potest habere liberam voluntatem.

AD XXII. dicendum, qd homo peccans liberu arbitrium perdidit, quantum ad libertatem quae est a culpa & miseria: non autem quantum ad libertate quae est a coactione.

AD XXIII. dicendum, qd consuetudo facit necessitatem non simpliciter: sed in repentinis praecipue. Nam ex deliberatione quantumcumque consuetus, potest contra consuetudinem agere.

QVAESTIO VII.

De Peccato veniali.

In duodecim articulos diuisa.

- ¶ Primo enim quaeritur, vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.
- ¶ Secundo, Vtrum peccatu veniale diminat charitatem.
- ¶ Tertio, Vtrum veniale peccatum possit fieri mortale.
- ¶ Quarto, Vtrum circumstantia faciat de veniali mortale.
- ¶ Quinto, Vtrum in ratione superiori possit esse veniale peccatum.
- ¶ Sexto, Vtrum in sensualitate possit esse peccatum veniale.
- ¶ Septimo, Vtrum homo in statu innocentiae potuerit peccare venialiter.
- ¶ Octauo, Vtrum primi motus in infidelibus sint peccata venialia.
- ¶ Nono, Vtrum Angelus bonus vel malus possit peccare venialiter.
- ¶ Decimo, Vtrum peccatum veniale sine charitate puniatur poena aeterna.
- ¶ Undecimo, Vtrum aliqua peccata venialia remittantur post hanc vitam in purgatorio.
- ¶ Duodecimo, Vtrum peccata venialia remittantur hic per asperionem aquae benedictae.

Vtrum veniale peccatum diuidatur contra mortale.

ARTICVLVS I.

QVAESTIO est de veniali peccato. & primo quaeritur vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale. & videtur qd non: quia vt Aug. dicit 22. contra Faustum, Peccatu est dictum, vel factum, vel concupitum contra lege aeternam: sed omne peccatum quod est contra lege aeterna est mortale. ergo oem peccatu e mortale. No ergo recte diuidit peccatum in mortale & veniale.

¶ 1. Præ. Peccatum meretur poenam secundum suam rationem: poena autem contrariatur venia, que tollit ipsam. ergo veniale repugnat rationi peccati: sed nulla differentia diuisua generis repugnat ei. ergo peccatum non potest conuenienter diuidi per mortale & veniale.

¶ 3. Præ. Quicumque inordinate conuertit, conuertit ad aliqd bonum commutabile: sed qui conuertitur ad bonu commutabile, auertitur ab incommutabili: quia qui accedit ad vnum terminu, recedit ab altero in quolibet motu. ergo quicumque peccat, auertit

A a bono incommutabili: hoc autem est peccare mortaliter. ergo quicumque peccat, peccat mortaliter. No ergo peccatoru aliud est mortale, & aliud veniale.

¶ 4. Præ. Omne peccatum consistit in aliquo inordinato amore creaturae: sed quicumque amat, aut amat vt vrens, aut vt fruens. Qui autem amat creaturam vt vrens, non peccat, quia refert eam ad finem beatitudinis, quod est vti, vt beatus Aug. dicit in 1. de doct. christi. Si autem amat creaturam vt fruens ea, peccat mortaliter, quia constituit finem vitiu in creatura: ergo amas creaturam vel non peccat, vel peccat mortaliter: & sic idem quod prius.

¶ 5. Præ. Eorum qd ex oppositio diuiditur, vnu non transit in alterum. Nunquam enim albedo fit nigredo, neque e conuerso: sed veniale fit mortale. Dicit enim quidam Glosa super Beati quorum, Nihil est adeo veniale quin possit fieri mortale dum placet. ergo veniale non dicitur diuidi contra mortale.

¶ 6. Præ. Si no placet non est peccatu, quia non est voluntarium: si aut placet est mortale, vt patet per gl. inducã. ergo aut no est peccatum, aut est mortale.

¶ 7. Præ. Quod disponit ad aliquid non diuiditur contra illud, quia vnum oppositorum non disponit ad alterum: sed veniale disponit ad mortale. ergo veniale non debet diuidi contra mortale.

¶ 8. Præ. Ansel. dicit in lib. Cur Deus homo, quod debitum est quod voluntas creaturae rationalis sit subdita voluntati diuinae. hoc qui tollit, tollit honorem Deo debitum, & eum dehonora: sed dehonora Deum est peccare mortaliter. Quicumque autem peccat, hoc modo dehonora Deum, quia non subijcit suam voluntatem voluntati diuinae: ergo quicumque peccat, peccat mortaliter.

¶ 9. Præ. Homo tenet ex pcepto, vt oia qd facit ordinet in Deu, sicut in finem. Dicitur in 1. ad Cor. 10. Siue māducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sed peccatum veniale no est referibile in Deu, ergo quicumque peccat venialiter, facit contra pceptum. ergo peccat mortaliter.

¶ 10. Præ. Aug. dicit in lib. 83. Quaestionu, Hoc est totum & solum malu hominis, vti fruendis vel frui vtendis. Sed vtrumque istorum est peccatu mortale, quia ille qui vtitur fruendis, non constituit vltimum finem in Deum, quo solo fruendum est. Ille autem qui fruitur vtendis, constituit vltimum finem in creatura, quorum utrumque facit peccatum mortale. ergo omne malum culpa est peccatum mortale.

¶ 11. Præ. Cū poena respondeat culpa, vbi est eadem poena, vbi esse eadem rō culpa: sed peccatu veniali debetur eadē poena quae & mortali: dicit enim Aug. in quodam sermone de purgatorio, qd adulari alicui alio ri personae est peccatum veniale. & tamen clericus pro adulatione degradatur, vt habetur. 46. dist. ergo eadem est ratio culpa venialis & mortalis. Non ergo peccatum veniale diuiditur conuenienter contra mortale. Sed dicendum, quod peccatum veniale differt a mortali, subiecto. Nā veniale peccatum est in sensualitate, mortale autem in ratione.

¶ 12. Sed contra, sensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secundum Aug. in lib. de Trini. Sed aliquis consensus in actum est veniale peccatum, sicut consentire in verbum ociosum. ergo assignata differentia non est conueniens.

¶ 13. Præ. Primi motus spiritualium peccatorum sunt peccata venialia. non autem sunt in sensualitate, sed magis in ratione. ergo peccatum veniale non est tantum in sensualitate.

¶ 14. Præ.

Lib. 1. cap. 4. tom. 3.

Referunt ex Aug. in decreto di. 25. cap. vnum orarium.

Loco nō citato in arg. precedentu.

Lib. 1. cap. 22. par. a primo capio.

Q. 30. par. a primo. 4.

Inter principium & medium illius, & est 1. 4. in die amari 10. 10. Di. 46. clericus al. primo.

Lib. 2. c. 12. tom. 3.